

augustus et triumphator, apostolice sedi omnimodo subditus reverentiam et debitam obedientiam.

A. suo filio clerico G. sibi intimus quicquid Eurialo Nisus¹ vel Perithoo Theseus^a.

Religiosissimo et amantissimo fratri G., canonico sanctę Marię Parmensis ecclesię, veterem hominem refutare Adam et novo incorporari. Aliter: sex diebus manna colligere et in sabbato quiescere. Aliter: cum Abraham peregrinari, cum Ysaac puteos fodere vel cum Iacob^b lapidem erigere in Bethel et angelos ascendentes et descendentes conspiciere, et eterne vite gloriam et presentis continue valitudinis copiam.

Deo venerabilis et precipue amabilis.

Vive, vale; valeat, qui te valuisse triumphat^c.

Quot^d sacer Helyas, tot felix tempora vivas.

V. venerando patri ac religiosorum benignissimo O. suorum fidelissimus corporis leticiam et mentis in deo gaudium.

V. dei gratia Pisane ecclesię episcopo P.^e Muti-
nensis^f ecclesię quamvis indigne episcopus² in Christo salutem.

B. pastori dilectissimo, divine gratię dispensatori optimo, perenne cum Petro consorcium.

R. digno presuli, pontificali scemate nitenti, G. religionis^g famulus [Christi^h] vestigia sequi.

A. militi strennuissimo N.ⁱ huius sublimitatis servulus mentis integritatem ac utriusque^k vite alacritatem, vel utriusque vite successus, virtutis vite potissimum bonorum omnium statum, hominis utriusque vitę salutem, perpetuam in Christo salutem.

V. patri filius preceptorique^l discipulus.

P. servus servorum^m dei, Romane sedis episcopus,
H. Romanorum imperatori augusto gratiam et apostolicam benedictionem³.

a) 'nisus' Hs. b) Hinter 'Iacob' steht die Silbe 'put', welche durch untergesetzte Punkte wieder getilgt ist. c) 'triumphat' Hs.
d) 'Quod' Hs. e) 'p (per)' Hs. f) 'mutiensis' Hs. g) 'religiosis' Hs.
h) 'Christi' fehlt in der Hs. i) 'z' Hs.; es stand hier jedenfalls die Initiale irgend eines Personennamens. k) 'utque' Hs. l) 'filiusque preceptoris' Hs. m) 'suorum' Hs.

1) Ueber Euryalus und Nisus und ihren gemeinsamen Tod vgl. Vergil, Aeneis V, 294 ff. und namentlich IX, 176 ff. 2) Die Siglen V. und P. lassen sich für die Entstehungszeit des Briefstellers nicht identifizieren. 3) Paschal II. an Heinrich V.